alio intellectu. Tropologia .i. moralis locutio. in qua de moribus ordinandis agitur. Anagoge .i. spiritualis intellectus
sursum tendens. per quem de summis et celestibus tractaturi ad superiora ducimur. Ubi gloria Jerusalem secundum
historiam est civitas. allegorice ecclesia designatur. secundum tropologiam .i. moralitatem anima cuiusque fidelis. que ad pa
cem eternam anhelat. secundum anagogem. celestium omnium vita. qui revelata facie dominum videtur. Hii sunt .iiii.
pedes mense in tabernaculo domini. super quos stat mensa. Cum ergo tot modis divina scriptura exponatur. non
mirum si quandoque obscura. et a nostris sensibus remota in ea reperiantur. ex quibus multi intellectus veri et catho
lici haberi queunt. que intelligentie multiplicitas vel occurrit illum maxime intellectum diligamus. quem
constat scriptoris fuisse. vel quem circumstantia scripture non impedit. si tamen convenit cum sana fide. vel
quem sana fides perscripsit. Si quando ergo difficilia et obscura legimus. que diversis possunt pariter sinceris non
temere et precipiti assertione in ullam partem declinemus. ne fiamus que nostra est scripture esse ve
limus. cum potius scripture sententiam nostram facere debeamus. Hanc autem scripturam geneseos uniformiter ex
ponunt. sed velud fecunda atque obscura. multiplici intelligentie paret. Ita ut allegoricis tibi
contexit. ut allegoricum sensum contineat. et fidem rerum gestarum non amittat. et morali expositione et
anagogetica. intellectu non careat. Dicitur autem hic liber genesis secundum grecos. et Bresith. iuxta hebreos. nomen ac
cipiens a suo principio secundum morem hebreorum. qui libros nominant a suis principiis. quod duobus modis
fit. ut a primis dictionibus. ut bresith .i. in principio elesmoth .i. hec sunt nomina. vel ab eo unde agitur
in principio. ut genesis. que de celi et terre generatione primo agitur licet sequantur alia multa. in
quibus generationis nulla fit mentio. Sic evangelium Mathei liber generationis dicitur. que ante alia de christi ge
neratione agitur. Inchoavit ergo propheta genesis primi hominis formam factum de terra virgine conditum.
Sic evangelista hominis filium christum. de matre virgine genitum. Ille de terra et ideo terrenus. iste de ce
lo ideo celestis. Ille terrenos filios in vitam transitoriam. iste celestis in vitam generat eternam. Ibi ergo futurorum
figura. In evangelio veritas completorum. et quia de operatione dei in homine sermo. sciendum est quod .iiii. modis
operatur deus. primo in filio per dispositionem. secundo in materia informi. tertio per opera .vi. dierum distinguendo et
formas rebus aptando. quarto non nova creando. sed creata ne pereant ex primordialibus seminibus re
formando. et est materia huius libri mundi creatio. et hominum propagatio. Intentio moysi de mundi ex
ordio. et prime conditionis rerum dispositione. et hominis propagatione tractare. Modus tractandi. primo contra platonem
et aristotilem. et alios qui dixerunt pl[ur]a rerum esse principia. et mundum coeternum creatori. ostendit u
num tantum principium scilicet deum dicens. In principio creavit deus celum et terram. agens de rerum creatione informium. Secundo de
creaturarum distinctione et formatione iuxta senariam operationem. post omnia referens hominem
factum quia eius prefendus erat. cui et plenitudo regni subservire debebat. Inde quomodo suggeren
te diabolo peccavit. et de paradiso eiectus fuit. postmodum de hominis multiplicatione usque ad
diluvium. Inde quomodo toto humano genere diluvio interempto .viii. anime in archa salvate sunt. Inde
de hominis multiplicatione post diluvium. descendens ad patriarchas. abraham. ysaac. et iacob. et
ad .xii. filios iacob. subdens quomodo iacob et filii eius venerunt in egyptum. et ibi iacob moriens benedixit benedix[it]
de christi adventu. et pro aliis multis prophetans. In ultimo de obitu ioseph. qui prophetans de exitu fi
liorum israel de egypto adiuravit eos ossa sua absportare de egypto in terram sanctam ut ibi
quiesceret cum patribus suis in spelunca duplici.

Legimus gedeonem de vellere rorem expressum posuisse in concha. et in evangelio dominum aquam mi
sisse in pelvim. et lavisse pedes discipulorum. Gedeon interpretatur circuiens in utero. Iste est dominus ihesus qui per
incarnationis misterium clausus in utero virginis. extra omnia et super omnia existens. regebat
ea potencia deitatis. Qui rorem expressum de vellere misit in concam .i. sensum de divina scrip
tura expressit cuius intelligentiam posuit in cordibus discipulorum. et vellus idem significatum est.